Digitized by Google

ENCYCLOPAEDIA
IN AGONEM LITTERARIVM
PRODVCTA
AVSPICIIS
ALEXANDRI
MAXIMI
PAPAE VII.
AGONOTHETA, ET ATHLETA

P. FR. FRANCISCO A S. AVGVSTINO MACEDO,
Minorita Obſeruante Luſitano Mag. Philoſoph. Conimbr. Theolog. Profeſſ. & in Congr. de Propag. Fide Controuerſiar. Lectore.



Magnus ALEXANDER, FABIVS quoque Maximus hic eſt.
Qui Par hoc ſuperat, non habet ille Parem.

ROMÆ, Typis S. Congreg. de Propaganda Fide. MDCLVII.
SVPERIORVM PERMISSV.

Digitized by Google

ALEXANDRO VII.
PAPAE.

SENARVM GLORIÆ: VLTRA FABIVM, ET ALEXANDRVM MAXIMO.

VRBIS ROMÆ AMORI; CIVIVM DELICIIS: ITALIÆ PARENTI: ECCLESIÆ CVSTODI.

FIDEI COLVMNÆ: RELIGIONIS ANCHORÆ; CATHOLICI CORPORIS IVSTO CAPITI.

OMNIGENA LITTERATVRA INSTRVCTISSIMO: DIVINARVM, HVMANARVMQVE RERVM EXPERIENTISSIMO.

DOCTRINARVM CVLTORI DILIGENTISSIMO: DOCTORVM HOMINVM MOECENATI OPTIMO.

OB RENOVATA DOMI BONARVM ARTIVM STVDIA: OB PROFLIGATAM FORIS IGNORANTIAM.

OB SVSCITATAS ROMÆ ATHENAS: OB RESTITVTAM NOSTRIS TEMPORIBVS PRISCI ÆVI LITTERATVRAM.

OB DECRETOS LITTERATIS HONORES: ET PRÆMIA STVDIOSIS CONSTITVTA,
ENCYCLOPÆDICVM AGONEM

Fr. Franciſcus à S. Auguſtino Macedo
Mediaſtinus.

D. C. Q.





BEA-

Digitized by Google

BEATISSIME PATER.

QVI Te ALEXANDER, Optime Maxime, à primo vitæ limine doctrinæ, ac virtutis ſtadium ingredientem vidit, is iam tum Tibi totius Orbis deſtinauit Imperium, & Magno Alexandro Maiorem fore augurauit. Illum non cepit Orbis cupidum imperandi: Te non capit imperantem. Vitio ſuo par Orbi Alexander fuit, non Imperio. Tu virtute, & imperio, Vniuerſo amplior. Extra mundum promines; & ad Cælum vſque pertingis: metas non pateris. Aeterna intueris: Et illa Te reſpiciunt Aeternitati parem. Hæc mihi cùm Theſes meditarer, cogitanti, viſum eſt officij eſſe, Orbem diſciplinarum, quem ſtudendo confeceram, iuſtis Theſibus diſtinctum in libellum redigere, illorum more, qui mundum in tabella deſcribunt, & Encyclopædiam afferre: quæ quòd omnium ſtudiorum genera comprehenderet, vniuerſitatem virtutum, & doctrinarum Tuarum, ſi minus dignitate, ſaltem copia referret; qui tamen Orbis, non hæc mortalia, & caduca, quibus Alexandrea olim magnitudo continebatur, ſed præter, hæc ſupera, immortalia, & diuina, & quæ nullis, vel temporis, vel loci terminis circumſcribuntur. ad quæ ſe amplitudo Animi extendit Tui, complecteretur. Ac vti in hoc Orbe, ima, media, ſumma, terra contenta, aere fuſa, cælo edita, ſuis ſpatijs diſtincta exiſtunt, ita hoc in opuſculo fore volui, humana; & amæna, quæ imis: phyſica, & politica, quæ medijs: Theologica, & ſacra, quæ ſummis. ſuis diſpoſita ordinibus reſponderent. Has ego partes Tribus Chiſiæ Domus Principibus dicaui, Summam Tibi deuoui. Illud fateor, quò me inſinuaui diſcendo, eò iam à Te, Maxime ALEXANDER, & ſcientia, & virtute, & maieſtate peruentum, experimento comperiſſe. Nullum in hac vniuerſitate locum Tui vacuum: omnia vigoris, & Animæ Magnæ plena inueni. Vt qui ſupremi Numinis dignitatem, authoritate muneris refers, idem immenſitatem magnitudine Animi repræſentares. Quantò Alexandro maior? Ille cum hominibus de amplitudine contendit: & victoria intra homines fuit. Tibi cùm homines haud dubiè ceſſerint, ſolum supereſt Numen, quod imitere. Vltra hominem euectus anhelas ſuperos: & quòd arctus Tibi eſt Orbis, ex illius euolutus anguſtijs, liberè extra illum reſpiras. Et verò conſideranti mihi, quid cauſæ eſſet, quòd Tu nuper ſtatuam, quam S. P. Q. R. Tibi Parenti Optimo in Capitolio ponere, ac ſacrare volebat, recuſaſti, videbatur modeſtiæ aſſignandum Tuæ: ſed cum ad Magnitudinem Tuam cogitationem conuerterem: indicaui à neceſſitate non minus, quàm à virtute profectum: quòd non poſſet tanta Amplitudo Perſonæ, breui, & communi effigie adumbrari: nec deceret muto, inanimi, & temporario, & vni loco addicto monumento Maximi ALEXANDRI virtutem, vocalem Fama, animatam Exemplis, æternam meritis, volitantem gloria repræſentari. Eò euaſiſti, vt anguſtè pro Te dictum ſit, quod vaſtè de Cæſare dictum eſt.

Imperium Oceano, Famam qui terminet Aſtris.

Itaque, vt in Te quadret, repono.

Qui mundum Imperio: Famam tranſcendis & Aſtra.

LEGES

LEGES AGONIS.

I.

De quibus controuerſia eſt habenda, earum quæſtionum Optio Arguentis eſto.

II.

Si quid rogare quis velit? Rogato. Examinare? Examinato. In diſputationem adducere? Adducito.

III.

Qua de Re quiſque diſceptare volet, de ea illi, vel ſeruata Logica differendi forma, vel omiſſa, liberè ratiocinari licitum eſto: Et qua ratione maluerit, vel forma reddita, vel ratiocinatione repoſita, reſponſum Accipito.

IV.

Quæcunque ad Eruditionem, Hiſtoriamue ſpectat, qui, ponat, is eorum expoſitionem, commemorationem Exigito.

V.

Cuius ex deſignatis Authoribus loci explanatio ab Rogante poſtuletur, eius idoneam Agonotheta Afferto.

VI.

Nulla quæ ad dicendum ex tempore, ſiue Proſa, ſiue Verſu materies ponatur, aut excluditor, aut excipitor: quominùs de vtrauis oratione dicatur.

VII.

Si quem Lectionis, aut Eruditionis ſacræ, aut profanæ (dummodo propoſitis libris contineatur) Agonothetæ periculum facere iuuet, eius id Arbitrij eſto.

VIII.

Ne qua cuiquam ſubeſſe poſſit, aut communicati cum quærente loci, aut collati cum diſceptante argumenti ſuſpicio: Duo pueruli, qui librum aperiant, aut Theſim deſignent, adſunto: hi locum digitulo indicanto. Agonothetæ offerunto. Hic ſuſcipito. Pareto. Omnis fraus abeſto.

Locum, & Tempus Agonis PATRONI Edicunto.

Digitized by Google

Digitized by Google

LEGES AGONIS.

I.

De quibus controuerſia eſt habenda, earum quæſtionum Optio Arguentis eſto.

II.

Si quid rogare quis velit? Rogato. Examinare? Examinato. In diſputationem adducere? Adducito.

III.

Qua de Re quiſque diſceptare volet, de ea illi, vel ſeruata Logica diſſerendi forma, vel omiſſa, liberè ratiocinari licitum eſto: Et qua ratione maluerit, vel forma reddita, vel ratiocinatione repoſita, reſponſum Accipito.

IV.

Quæcunque ad Eruditionem, Hiſtoriamue ſpectat, qui, ponat, is eorum expoſitionem, commemorationem Exigito.

V.

Cuius ex deſignatis Authoribus loci explanatio ab Rogante poſtuletur, eius idoneam Agonotheta Afferto.

VI.

Nulla quæ ad dicendum ex tempore, ſiue Proſa, ſiue Verſu materies ponatur, aut excluditor, aut excipitor: quominùs de vtrauis oratione dicatur.

VII.

Si quem Lectionis, aut Eruditionis ſacræ, aut profanæ (dummodo propoſitis libris contineatur) Agonothetæ periculum facere iuuet, eius id Arbitrij eſto.

VIII.

Ne qua cuiquam ſubeſſe poſſit, aut communicati cum quærente loci, aut collati cum diſceptante argumenti ſuſpicio: Duo pueruli, qui librum aperiant, aut Theſim deſignent, adſunto: hi locum digitulo indicanto. Agonothetæ offerunto. Hic ſuſcipito. Pareto. Omnis fraus abeſto.

Locum, & Tempus Agonis PATRONI Edicunto.

Digitized by Google

Digitized by Google

LEGES AGONIS.

I.

De quibus controuerſia eſt habenda, earum quæſtionum Optio Arguentis eſto.

II.

Si quid rogare quis velit? Rogato. Examinare? Examinato. In diſputationem adducere? Adducito.

III.

Qua de Re quiſque diſceptare volet, de ea illi, vel ſeruata Logica diſſerendi forma, vel omiſſa, liberè ratiocinari licitum eſto: Et qua ratione maluerit, vel forma reddita, vel ratiocinatione repoſita, reſponſum Accipito.

IV.

Quæcunque ad Eruditionem, Hiſtoriamue ſpectat, qui, ponat, is eorum expoſitionem, commemorationem Exigito.

V.

Cuius ex deſignatis Authoribus loci explanatio ab Rogante poſtuletur, eius idoneam Agonotheta Afferto.

VI.

Nulla quæ ad dicendum ex tempore, ſiue Proſa, ſiue Verſu materies ponatur, aut excluditor, aut excipitor: quominùs de vtrauis oratione dicatur.

VII.

Si quem Lectionis, aut Eruditionis ſacræ, aut profanæ (dummodo propoſitis libris contineatur) Agonothetæ periculum facere iuuet, eius id Arbitrij eſto.

VIII.

Ne qua cuiquam ſubeſſe poſſit, aut communicati cum quærente loci; aut collati cum diſceptante argumenti ſuſpicio: Duo pueruli, qui librum aperiant, aut Theſim deſignent, adſunto: hi locum digitulo indicanto. Agonothetæ offerunto. Hic ſuſcipito. Pareto. Omnis fraus abeſto.

Locum, & Tempus Agonis PATRONI Edicunto.

Digitized by Google

Digitized by Google